Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

operatam. In homine pulsu diaboli quē peccato significat. ut in
contrarium fieret homini lex quae data erat ut prodesset;
Videns enim diabolus auxilium p legem homini prouisum. quem
in conditione sua propter peccatum adeo habere gratulabatur. in
tellexit factum aduersum se. quem uidit enim sub lege factum. pro
certo habuit deuo dominio sublatum; agnouit enim homo. quo
modo poenam infesti euadere; hinc. exarsit iracundia
aduersus hominem. ut illi legem inuideret. ut prohibita amit
tendo dum rursus offendere. & denuo in potestate diaboli cade
re; Coepit non imperare sed subtilitē fallere. quem lege data amisit
dominium diabolus; Sciens deinde homine adi iudicium
tinere; Sine lege peccatum mortuum erat; Hic duplici
genere intellegendum est. ut diabolum in peccato sciat signi
ficatum. & hoc dando peccatum; mortuus enim dicit fuisse
diabolus. quia cessabat ab inlusione hominis quia securus
erat de possessione eius; Peccatum autem mortuum dixit. quia
putabatur quod non inputaretur apud dnm. Ideo apud
hominem mortuum erat. quasi impune peccaretur; Nam
non latebat peccatum sic supra dixit; Sed hoc latebat. quia de
credebatur non iudicaturus. quod cum data lege manifestum
est. reuixit peccatum; quare uixit; Nisi quia ante uixerit.
& postea desidia hominum mortuum aestimatum est cum uiueret.
putabatur enim non inputari peccatum. cum inputaretur;
Viuens ergo pro mortuo habebatur; Ego autem uiuebam sine lege
aliquando; Quid est sine lege uixisse. cum lex tempsit. sicut su
pra memoratum. Nisi quia sine timore dei uiuebat. securus
quod non esset deus iudicaturus ad tus humanos; Sed cum uenisset
mandatum peccatum reuixit; Reuixit peccatum. quod mortuum
erat; hoc est autem reuixit. quia coepit sciri quod inputaretur;
Ego autem mortuus sum; mortuus est homo quia uidit seruum apud dm.